Bechmann, Friedemann: Institutiones Logicae Ex Aristotele, Eiusque optimis tum Graecis tum Latinis Interpp. concinnatae
Gotha, 1677 [VD17 39:135095N] 

Abstractio tripl. datur: realis, negationis et praecisionis: real. ē, quando substantia ab alia substantia reipsa separatur; negationis ē, quando aliqd de subjecto negamus, nigred. et pariet. Praecis. ē qndo ex pluribus inter se junctis et unitis, unu apprehendendo et concipiendo alteru ū reliqua praescindimus et relinquimus. Abstractu v. est, q. mediante tali abstractiōe abstrahitur ultim. scil. praecisiōis. Jac. Mart. Exerc. Met. l. 1. Ex. 10. th. 9. Pergit porro: Abstractio praecisiōis dupl. ē, sensuum, et intellectus, quemadm. n. qualibet potentia aīae sensitiva ad certum object. ē ordinata, ita in. illud aliis circumstantiis neglectis, concipit et apprehendit. Est itaq praecisio sensuum, qua qlibet sensus sibi determinatu objectu apprehendit reliqs praecidis: v. g. in uno pomo est substantia, quantitas sive magnitudo certa, sunt qualitates, odor, sapor, humor, calor, figura, etc. qua a distinctis sensib. apprehenduntur, visus n. apprehendit colorē, et figuram adde etiam ~~quantitatem~~ magnitudinem, quae tn. ad oēs sensus ptinere videtur, praecidit reliqs oīb. odorē, calore, humore; ita olfactus tn. odorē capit, praecisis aliis, gustus saporem, tactus humorem etc. Abstractio praecisiōis intellectu ē qndo mens sive intellectus rem quoad solam quidditatem pcipit, oīb. aliis, quae in singularib. inveniuntur, materia, certo loco, praesentia etc. praecisis.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/bechmann1677/0199
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg